QUI IN PRINCIPIIS LIBRORUM DEBEBAM

ſecuturi operiſ argumenta proponere. cogor prius reſpondere male
dictiſ. terentii quippe iam ſuſtinens qui comediarum prologos in de
fenſionem ſui ſceniſ dabat. Urgebat enim eum lucius lanuinus.
noſtro luſcio ſimiliſ. et quaſi publici erarii poetam. furem crimina
batur. Hoc idem ab emuliſ paſſus eſt mantuanus uateſ. ut cum quos
dam uerſus homeri tranſtuliſſet ad uerbum. compilator ueterum diceretur.
Quibus ille reſpondit. magnarum eſſe uirium. clauam herculi ex
torquere de manu. Sed et tullius qui in arce romane eloquentie
ſtetit rex oratorum. et latine lingue illuſtrator. repetundarum
accuſatur a grecis. Non mirum ergo ſi contra me paruum homunculum. immundi ſueſ
grunniant. et pedibus margaritas conculcent. quod aduerſus doctiſſimos uiroſ.
et qui gloria inuidiam ſuperare debuerant. liuor exarſerit. Verum hoc illiſ meri
to accidit. quorum in theatris curia contione. et roſtris eloquentia pertonabat.
Semper enim in propatulo fortitudo emulos habet. feriuntque ſummos. fulgura mon
teſ. Me uero procul ab urbibus. foro. litibus. turbiſ ſemotum. ſic quoque ut quintilianus
ait. latentem inuenit inuidia. Unde lectorem obſecro. ſi quis tamen hec quoque.
ſi quis captus amore leget. ut in libriſ hebraicarum queſtionum quos in o
mnem ſanctam ſcripturam diſpoſui ſcribere. non querat eloquentiam. non oratorum le
porem. ſed magis pro nobis inimiciſ ipſe reſpondeat. nouo operi ueniam eſſe
cedendam. Ut enim nos humileſ. atque pauperculi. nec habemus diuitias.
nec oblatas dignamur accipere. ita et illi nouerint. non poſſe ſe noticiam ſcri
pturarum. id eſt diuitias Christi. cum mundi parte habere diuitiis. Studii ergo noſtri
erit. uel eorum qui de libriſ hebraiciſ uaria ſuſpicantur. errores refellere.
uel ea que in latiniſ et greciſ codicibus ſcatere uidentur. auctoritati ſue reddere.
ethimologias quoque rerum nominum. atque regionum. que in noſtro ſermone
non reſonant. uernacule lingue explicare ratione. Et quo facilius emendatio
cognoſcatur. ipſa primum ut apud nos ſunt teſtimonia proponimus. et ex collati
one eorum que ſecuntur. quid in illiſ aut minus. aut plus. aut aliter ſit. indica
bimus. Neque uero lxx. interpretum ut inuidi latrant errores arguimus. nec
noſtrum laborem. illorum reprehenſionem putamus. cum illi ptolomeo regi ale
xandrie. myſtica quoque in ſcripturis ſanctis prodere noluerint. et maxime ea
que Christi aduentum pollicebantur. ne uiderentur iudei. et alterum deum colere. quos
ideirco
ille platoniſ ſectator. magni faciebat. quod unum deum colere dicerentur.